Cunonis de Falkenstein [illegible]

d. vita Reemundi II ([illegible]) [illegible] (1462)

Codex Balduini arch. Trev. in tabulario Confluentino.

f. 1–37. continent picturas, quibus ascripta sunt ea, quae sequuntur.

Anno domini 1307, 10 die Marcii Clemens papa quintus consecrat Balduinum, fratrem Henrici comitis Lützillimburgensis, in archiepiscopum Treverensem Pittavis

In reditu de curia nunciatur ei obitus Alberti regis Romanorum.

Adventus archiepiscopi Treveris in die penthecostes anno 1308.

Missam celebrat.

In mensa sedet.

Septem electores eligunt Henricum comitem Lützillimburgensem in regem Romanorum et Frankorum 27 die Novembris ... 1308

idem archiepiscopus et ... comes valefacientes se Treverim diverterunt Anno vero Domini 1308 die ~~secundo~~ sancto penthecostes idem dominus Baldewinus archiepiscopus Treverim cum maxima sollempnitate ingressus, et ab universo clero et populo devotissime utpote pater tocius consolationis sue post amarissimas vexationum suarum tenebras receptus ipsa die in ecclesia Treverensi missam sollempniter celebravit. Verum revertente ipso ... archiepiscopo a sua consecratione ut premittitur, dominus Albertus tunc Roman. rex diem clausit extremum et ex eius morte regni Romani regimen tunc vacabat. Igitur prefatus archiepiscopus germani sui predicti promotioni toto nisu animum corporis ~~et~~ ac rerum fideliter insistens divina volente et suffultus gratia ut effectus docuit dominum H. comitem supra scriptum suum germanum effecit et procuravit expensis ipsius archiepiscopi maximis per omnes electores regis Romani apud Frankenfort ~~vicesima~~ 27.ª die mensis Novembris predicto anno Domini 1308 in Romanorum regem concorditer[x] eligi ac in festo epiphanie Domini proxime tunc sequenti Aquisgrani in regem Roman. sollempnissime coronari. Hic dominus H. Roman. rex a tempore coronationis sue in antea per vias pacis et semitas iusticie dirigens gressus suos agens in Germania tempore aliquo pacem terre undique reformavit et postea ad transcensum Alpium se divertit. Anno vero Domini 1310. 23. die Octobris Ytaliam est ingressus ad latus eius ipsum comitante domino

x) est suprascr. sed del. c.

... et die in marg. ... ita.

... archiepiscopum ... pontificem posita

corr. ascendit.

... magete cod.

... anno 10 supra ... edita sunt. ... chelant supra ... d. est.